Nob.me et Ampl.me Dom.

Viro aureis moribus praedito, et (ut Plato ait) aurum innatum possidenti, ideoque adventitium et vulgare aurum aspernanti, mitto munusculum doctrinae. Librum inquam, Jansenii Antistitis: qui nuper apud nos editus, in contraria studia animos hominum divisit. Procul dubio ad vos quoque fama penetravit eo nomine, quod hic Antistes alludentia et proxima dogmatibus vestris tradidisse comperitur, in articulo Religionis summo et decretorio. Spero igitur, quod celebris novitas hoc munusculum conciliabit eruditissimo animo tuo: qui non civilium tantum Militariumque capax rerum (cuius sublimitatis plenae antiquitatis plurima, apud nos quoque aliqua sunt exempla) etiam in divinorum enucleata contemplatione exspatiari solet. Res arduas et sublimissimas, id est tuo cognatas ingenio, hic liber non vulgari modo, sed luculentissime explicabit, a pulvere et squallore scholastico in pristinum nitorem vindicatas. Tunc mentis excelsitas omnibus exuta vinculis, alia in castris acquiesceret et pasceretur illis delitijs. Ego

BRITISH MUSEUM

verò ut hâc aestate fessum studiis animum
reficere per intervalla ruris amoe-
nitate possim, iterum plurimosque huma-
nitati tuae molestus esse cogor. A
publicis me alienum nosti; totumque
Musarum, et innoxiae quietis. Rogo
igitur, ut solidum diplomatis mihi famu-
loque indulgeri per celeberrimum Prin-
cipe, velis, liberum hâc aestate
commeatum per territorium Braban-
tiae et Campiniae, exceptis urbibus
vestris. Amplissimus Puteanus, nu-
per per filium beneficentissimae auc-
toritati tuae obligatus, meum virtutes
tuas veneratus, et societati clarissi-
commendat. Vir Vale.

Nob.mae Ampl. T. devo-
-tus cliens
Diodorus Tuldenus
Legum Professor.

Lovanii 6. Apr. 1642

---

est proxima hebdomade. Et
nunc de Anagrammatismo edet librum, et mittet.
cui emblema redditur à Vendelino tuo: Anagrammatismi
terrarum carminum, nova cyclopaedia arcana, a sibi paradoxa sideralibus scientiis
iungitusque explicatio. Res est tuo isto ingenio dignissima.

Lov. 27. Mar. 1643.